

Kreis
Warendorf
S. 158

1296. D. X.

158

Genannte Bischoföfe verleihen dem Kloster Vinnenberg einen Ablass.
 Universis sancte matris ecclesie filii, ad quos presentes littore pervenerint,
 nos miseratione divina Bonaventura archiepiscopus Ragusinus (Ragusa),
 Perronus Larinensis (Larino), Aymardus Lucerie (Lucera), Ciprianus Bovensis
 (Bova), Ferranus Lodinensis (?), Petrus Stagni (Stagno) et Cursule (Curzola),
 Lambertus Veglensis (Veglia), Hubertus Fereranus (Montefeltro), Basilius
 Samnensis (?), Jacobus Treventinus (Trivento), Pasqualis Cassanensis (Cassano),
 Andreas Liddensis (Lydda), . . . episcopi salutem in Domino sempiternam.
 Gloriosus Deus in sanctis suis, in ipsum (!) glorificatione congaudent angeli,
 in veneracione beate et gloriose semper virginis Marie eo iocundius delectatur,
 quo ipsa utpote mater eius effecta meruerit alcius ceteris sanctis in celestibus
 collocari. Cupientes igitur, ut monasterium sanctarum monialium ordinis
 s. Benedicti in Vinnenberch Monasteriensis diocesis congruis honoribus
 frequentetur et a cunctis Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere
 penitentibus et confessis, qui ad predictum monasterium causa devocationis
 seu peregrinacionis in festivitatibus subscriptis videlicet: Nativitatis Domini,
 Resurreccioonis, Epiphanie, Ascensionis et Pentecostes; in singulis festis
 gloriose semperque virginis Marie, in festis beatorum Petri, Pauli et omnium
 aliorum apostolorum, beatorum Johannis baptiste, Laurencii, Nicolay et
 Martini, beati Michaelis archangeli et in festo Omnia sanctorum, in festis
 beatarum Marie Magdalene, Katerine et Margarite, in die patroni et in
 dedicacione prefati monasterii et per octavas predictarum festivitatum octavas
 habentium accesserint et ibidem divinum officium seu verbum exortacionis
 in festivitatibus suprascriptis devote audierint vel qui predicti monasterii
 fabrice, luminariis, librī, vestimentis, altarium ornamenti seu aliis neces-
 sariis manus porrexerint adiutrices vel quicquam facultatum suarum in ex-

tremis laborantes legaverint, donaverint, miserint eidem monasterio seu
 procuraverint vel aliquales oblaciones a bonis sibi a Deo collatis quocumque
 tempore contulerint sive miserint necnon qui prefatas sanctas moniales vitam
 gerentes salutarem per pias elemosinas et grata caritatis subsidia spiritu
 humilitatis et misericordie visitaverint, nos de omnipotenti Dei misericordia
 beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum
 singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus
 diocesani ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius
 rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duimus apponenda. Datum
 Anagine anno Domini M⁰CC⁰ nonagesimo VI^o, pontificatus domini Bonifacii
 pape VIII anno secundo. Nos autem Everhardus eadem miseratione Mona-
 steriensis episcopus, cum nostrum assensum exigit qualitas premissorum,
 hanc indulgenciam et omnia premissa et singula rata tenemus et grata et